

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

5 Vtrum amor sit passio læsiua amantis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

## Q V A E S T . XXVIII.

q. 35. & 36.  
tom. 4.

est gl. Aug.  
in eu. Ioh.  
truct. io. in  
ter medium  
& si. tom. 9.

est enim quod quantum aliquam virtus intensius tendit in aliquid, fortius repellit omne contrarium, uel repugnans. Cum igitur amor sit quidam motus in amatum, ut Aug. dicit in li. 83, q. Intensus amor querit excludere omne id, quod sibi repugnat: aliter tamen hoc contingit in amore concupiscentia, & aliter in amore amicitiae. Nam in amore concupiscentia, q. intense aliquid concupiscit, mouetur contra omne illud, quod repugnat consecutioni, uel fruitioni quietae eius quod amat: & hoc modo uiri dicunt zelare uxores, ne per consortium aliorum impeditur singularitas, quam in uxore querunt. Similiter etiam qui querunt excellentiam, mouentur contra eos, qui excellere uidentur, quasi impedientes excel lentiam eorum, & iste est zelus inuidiae, de quo dicit in Psal. 36. Noli amulari in malignis: neque zelaueris facientes iniquitatem. Amor autem amicitiae querit bonum amici: unde quando est intensus, facit hominem moueri contra omne illud, quod repugnat bono amici: & secundum hoc aliquis dicit zelare pro amico, quando si qua dicuntur, vel fiunt contra bonum amici, homo repellere studet. Et per hunc etiam modum aliquis dicit zelare pro Deo, q. ea, quae sunt contra honorem, uel uoluntatem Dic, repellere. Nam possit conatur, f. m. illud, 3. Reg. 19. Zelatus sum pro Domino exercitum. Et Io. 2. super illud, Zelus domus tuae comedit me, dicitur gl. Quod bono zelo comeditur, qui qualibet prava, quae uiderit, corrigerre satagit: si nequit, tolerat & gemit.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, q. Apostolus ibi loquitur de zelo inuidiae, qui quidem est causa contentionis, non contra rem amatam, sed pro re amata contra impedimenta ipsius.

**A D S E C U N D U M** dicendum, q. bonum amatur, in quantum est communicabile amanti: unde omne illum quod perfectionem huius communicationis impedit, efficitur odiosum: & sic ex amore boni zelus catur: ex defectu autem bonitatis contingit, q. quedam partia bona non possunt integrum simul possideri a multis. & ex amore talium catur zelus inuidiae, non aut propriè ex his quae integrum possunt a multis possideri. Nullus n. inuidet alteri de cognitione ueritatis, quae a multis integre cognosci potest, sed forte de excellentia circa cognitionem huius.

**A D T H I R D U M** dicendum, q. hoc ipsum, q. aliquis odio habet ea quae repugnant amato, ex amore procedit: uero zelus propriè ponitur effectus amoris magis, q. odii.

**¶ Super quest. uiginti  
exercitane articula  
lum 5. & 6.**

**I**n quinto autem & sexto articulo nihil scribendum occurrit, nisi quod noctetur ea, quae author dicit conuenire huiusmodi passionibus referendo appetitum appetibili, seu forma liter. Quoniam haec communia uidentur huiusmodi passionibus, & actibus uoluntatis, similibus, his passionibus. Notetur quoque responsio ad primum in sexto articulo: quoniam in fine totius tractatus de actibus humanis seruier proposito.

## A R T I C U L U S V.

Vtrum amor sit passio laesiuam amantis.

**A**D QUINTUM sic procedit. Vide, quod amor sit passio laesiuam. Languor. n. significat laesiuam q. dam languentis: sed amor cat languorem. dicitur n. Cant. 2. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. ergo amor est passio laesiuam. ¶ 2 Præte. Liquefactio, est quedam resolutio, sed amor est liquefactio. dicitur n. Can. 5. Anima mea liquefacta est, ut dilectus meus locutus est. ergo amor est resoluti uns: est ergo corruptius, & laesiuam. ¶ 3 Præte. Fruor designat quedam excessum in caliditate, qui quidem excessus corruptius est, sed fer-

## A R T I C . V . E T . VI .

**F**uor catur ex amore. Dion. n. 7. ca. \* Cael. hier. interce teras proprietates ad amorem Scaphin pertinentes, ponit calidū & acutū, & superferuēs. Et Can. 8. dicit de amore, quod lāpades ciussūt lāpades ignis atq. flāmarū; ergo amor est passio laesiuam, & corruptiuam.

**S E D C O N T R A** est, quod dicit Dion. 4. c. de \* diu. no. quod singula scipia amant contentiuē, idef conseruatiuē. ergo amor non est passio laesiuam, sed magis conseruatiuam, & perfectiuam.

**R E S P O N S U M** Dicendum, quod sicut supra dictū est, Amor significat coaptationem q. dam appetituā uirtutis ad aliquod bonum. Nihil autem, quod coaptatur ad aliquid, quod est sibi conueniens, ex hoc ipso laeditur, sed magis si sit possibile, proficit & melioratur: quod uero coaptatur ad aliquid, quod non est sibi conueniens, ex hoc laeditur & deterioratur. Amor ergo boni conuenientis est perfectius & melioratus amantis: amor autem boni, quod non est conueniens amanti, est laesiuam & deterioratuā amantis. Vñ maximē hō perficitur & melioratur p. amorem Dei: laeditur autē & deterioratur per amorem peccati, f. m. illud Osae. 9. Facti sunt abominabiles, sicut ea quae dilexerunt. Et hoc quidem sic dictum est de amore, quantum ad id quod est forma le in ipso, quod est scilicet ex parte appetitus: q. tum uero ad id quod est materia in passione amoris, qd est immutatio aliqua corporalis, accidit q. amor sit laesiuam propter excessum immutationis, sicut accidit in sensu, & in omni actu uirtutis aīc, qui exercet per aliquam immutationem organi corporalis.

Ad ea uero quae in contrariū obiciuntur, ē dicendum, q. amori attribui possunt quatuor effectus proximi, s. liquefactio, fructio, languor, & fruor, inter quae primum est liquefactio, quae opponitur congelationi. Ea. n. quae sunt congelata, in seipsis constituta sunt, ut non possint de facilis subintractionem alterius pati: ad amorem autem pertinet, quod appetitus coaptetur ad receptionē boni amati, prout amatum est in amante, sicut iam supra dictum est. Vñ cordis cōgelatio uel duritia est dispositio repugnans amori, sed liquefactio importat quandam mollificationem cordis, qua exhibet se cor habile, ut amatum in ipsū subintret. Si ergo amatum fuerit præsens & habitus, catur delectatio, siue fructio: si at fuerit absentia, consequitur due passiones, s. tristitia de absentiā, q. significatur per languorem. Vñ & Tullius in 3. de \* Tusculanis q. maximē tristitiam egritudinē nominat, & intēsum desideriū de consecutione amati, qd significatur per fruorē. Et isti quidē sunt effectus amoris formaliter accepti f. m. habitudinē appetituā uirtutis ad obiectū, sed in passione amoris cōsequuntur aliq. effectus his proportionati f. m. immutationē.

## A R T I C U L U S VI .

Vtrum amor sit causa omnium, quae amans agit.

**A**D SEXTUM sic proceditur. Videtur quod amans non agat oīa examore. Amor. n. quædam passio est, ut supra dictum est, sed non oīa, q. agit hō, agit ex passione, sed q. dam agit ex electione, & quædam ex ignorantia, ut dicitur in 5. \* Eth. ergo non omnia, quae homo agit, agit ex amore. ¶ 2 Præte. Appetitus est principium motus & actionis in omnibus animalibus, ut patet in 3. \* De anima. si igitur omnia quae quis agit, agit ex amore, alia passiones appetituā & partis erunt superflua. ¶ 3 Præte. Nihil catur simul a contrariis causis: sed q. dam fiunt ex odio. non ergo omnia sunt ex amore,

SED